



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Davidis Regii Prophetae Psalterivm**

**Moritz <Hessen, Landgraf>**

**Smalcaldiae, 1593**

**VD16 B 3258**

Octonarius XVII. Pe. Mirabilia testimonia tua, &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://urn.nbn.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

**R**ecta obseruantē reprobis ne trade premendū,  
Nam quā tu mandas, hæc ego seruo libens.  
Consule nunc seruo, Domine, et succurre ministro,  
Ne premat elati me violenta manus.  
Præsidium Domini assiduè mea lumen querunt:  
Et sicut auxilium mens mea mœsta tuum.  
Dirige me famulum, solita bonitate, statutis  
Ut credam pura simplicitate tuis.  
Ut tua contempler promissa fidelia, mentem  
Da mihi constantem, seruio namq; tibi.  
En venit hora malos mulctandi, tempus & instat:  
Nam tua rescindunt iussa tremenda mali.  
Hinc ego diuinæ supra aurum diligo leges,  
Et quod Arabs felix, diues & Indus habet.  
Idcirco mandata lubens tua mente reuoluo:  
Omne odi fallax impietatis iter.

### Octonarius XVII.

P E.

Mirabilia testimonia tua, &c.

**S**vnt tua pæcta, Deo, nimis admiranda, Iehoua,  
Idcirco hac eadem mens mea fidat enet.  
Erudit ignaros Iuris tua regulæ recti:

li 2

Huic

Huic tua lex anima gaudia magna parit.  
Cor tenet hoc, legis descendat tanta cupido est,  
Quanta sitis tenet os, potus ubi omnis abest.  
Noxam condona, maculam mihi tolle pudoris,  
Sicut iis, seruant qui tua iura, soles.  
Nulla mihi impietas, nullumq; scelus dominetur,  
Ne vager a recta, deuius erro, via.  
Fac, mihi ne noceant fraudes hominumq; furores,  
Et tua seruabo iussa tremenda pie.  
Adspice me placito vultu, facieq; benigna:  
Imbuc me dictis dogmatibusq; tuis.  
Excudit ex oculis lacrymas mihi turba maligna,  
Qua tna contemnit sancta statuta, Deus.

### Octonarius XVIII.

S A D E.

Iustus es Domine, & rectum &c.

**T**uia iusticia moderaris regna, Jehoua,  
Iustum etenim est pactum iudiciuq; tuum.  
Iusticiam custodiri & tua pacts tremenda  
Principis est verax sermo manetq; tuus.  
Totus ego exarsi Zelo, commotus & ira,  
Impia, quod spernit sic tua iussa, cohors.

Clarus